Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

per quatuor horas, et tunc
accipiat iterum simplicis aque
lactis calide ciatum unum, et
post ipsum tardet cibum hora com-
pleta. ¶ Quartum vero capitulum
docet quod die immediate sequenti
hec mulier hora inoratiuum
accipiat seu hora digestiuum.
℞ aque nenufaris ℥ iiij. aque
sublimationis foliorum uel ra-
dicum mandragore ℥ j. croci
simplicis puluerisati ℈ s.
et tepidum accipiatur octo die-
bus continuis. ¶ Quintum
capitulum ponit descriptionem hare
pillularum quarum vsus est val-
de conueniens ad educendum
materias fetales et alias in
viis evacuationum multipli-
catas diu tenendo post tempus eas
a matrice ℞ florum genestre
seminis apii petroselini carui
arthemesie matricarie ana
℈ s. aloes epatici boni et elec-
ti ʒ ij. salis indi croci ana ʒ s.
pulverisentur omnia per se, et
conquassentur et infundantur
in ℥ quinque aque matricarie
calefacte et diligenter commis-
ceantur, deinde supponatur
eis tegula calefacta et ita
diligenter excitetur ut vis-
cosa fiat materia deinde itere
superaddatur aqua et iterum
excitetur et ita fiat tribus vi-
cibus, de hac ergo materia
fiant pillule de omni ℥ vj. de
quibus omni secundo die parum an-
te cenam accipiat vnam toto tem-
pore assumptionis aquarum sup-
scriptarum, deinde iterum eis
poterit vti usque quo veniat
ad fecundationem omni fine
quatuor uel .xv. dierum. parum
ante cenam accipiendo vnam ¶
Sextum capitulum docet modum
processus in cura post assumptionem
aquarum Itaque die nona imme-

diate sequenti post assumptionem pre-
dictarum aquarum vno mane
in aurora accipiat hora evacu-
atiuum post ipsum observando
condiciones que in predicto inuo-
catiuo scripta sunt Cuius de-
scriptio talis est ℞ benedicte
simplicis ℥ ij. electuarij de
psillio ℥ iij. electuarij rosarum
℥ j s. auari ponderis, misce
et totum accipiatur cum aqua
matricarie calida, modis pre-
dictis. ¶ Septimum capitulum
et observandum est quod die tercia
post assumptionem huius vltimi
solutiui, mulieri isti fiat fleo-
bothomia de saphena dex-
tri pedis super dorso cauille pe-
dis posita. quinque uel sex horis
post assumptum prandium, et
educatur per ipsum sanguinis ℥ v.
uel vi. ¶ Octauum vero instru-
mentum est hoc ut die immediate
sequenti predictam flebotomiam
Mulier ista in aurora accipiat
℥ s. rasure eboris cum ℥ j. aque
arthemesie zuccarate et calide
et continuet huc potum diebus
ad minus quinque ¶ Nonum vero
remedium ut diebus quibus
assumit hunc vltimum potum
omni mane post exitum a lecto
per horam vnam et in sero quando
vadit ad lectum faciat hora semi-
cupium, et ut habeat mas-
tellum uel catinum de ligno
magnum in quo ponat descrip-
tionem sequentem et sedeat in
ipsa saltem per horam mediam
aut per terciam partem hore Cuius
descriptio hec est ℞ radicum
pastinace dauci xilobalsami
carpobalsami ligni caris ana
m. ij. been albi et rubei flore
genestre ana m. s. musti gra-
na iiij ambre ℈ s. bulliant
omnia in centum libris aque usque

197